Præstantissimo ac Præclarissimo

DN. RESPONDENTI,

Amico & Auditori dilectissimo

Χαίρειν καὶ ὑγιαίνειν!

NOn possum non, amantissime DN. *BIEL*! honestissimos tuos collaudare conatus, dum vix ex Hafniensi Danorum Universitate ad Almam nostram Rostochiensem delatus, sub præsidio Viri Præcellentissimi atque doctissimi DN. *M. HAVERI*, Fautoris, ac Amici mei longe dilectissimi, & ad bonarum literarum culturam nati & facti, Cathedram Philosophicam conscendere, atque amicum cum Commilitonibus tuis conflictum instituere gestis. Celebrat seculum â Christo nato decimum quintum *GABRIELEM BIELIUM*, Doctorem olim ac Professorem Theologiæ pariter atque Philosophiæ in Academia Tubingensi, variis ingenii monumentis, præcipuè verò *Epitome & Collectorio circa Lombardi sententiarum Libros*, clarum & percelebrem. Licet itaqve qvoad religionem, qvæ ipsi pontificia fuit, Tibi evangelica est, ab ipso qvam maxime disideas, nomen tamen cum eodem habes commune. Qvapropter eo omnem move lapidem, ut *BIELII* eruditionem ac virtutes imitatus, errores ejus ac dogmata falsa detesteris, rejicias, conculces, imò non solum Pontificiorum sed etiam reliquorum Adversariorum ac Novatorum heterodoxias, novitates, quisquilias cognoscere, profligare, refutare potis fias, quo sic Dania tua de Te, veritatis γνησιως evangelicæ Promacho perstrenuo, sibi gratulari queat. Ita vale ac rem tuam feliciter gere. Scrib. in Musæo inter varias occupationes Anno MDCCXXI. die XI. Decembr.

HERM. CHTISTOPH. Engelcken/
S. S. Theol. Doct. Ejusque Prof. Publ. Ord. hodie
Acad. Rostoch. Rector.

Quod

QVod Tua jam curant ſtudia id depromere geſtis,
Qvid poſſit virtutis amor, Tua Svada docebit,
Qvo & Doctore cluas nos obſervamus abunde.
Sit igitur felix & fauſta hæc triga bonorum!
Exſuperent ſtudia ac virtus Doctorqve cupita!
Sic Patriæ vives, Tibimet florebis & omni
Gratus eris; Faxit DEus Almus! idoro precorqve.

L. Mqve

Jo. Joachim Weidenerus. D.

Præſtantiſſimo atque Clarè-Docto

DN. CLAUDIO BIEHL,

Fautori ac Amico ſuo æſtumatiſſimo,

Q. P. P.

PRÆSES.

Ζηλος των αγαθων εσθλος, φαυλων δ' υποεργος Phocylidis, Mileſii, Poëtæ antiqui, in Elegia nuthetica, optimum eſt monitum. Cum verò ſapientiæ ſtudio nihil ſit præſtantius, ſpeciem των αγαθων, quæ amore, *Eruditiſſime BIEHL*, non ſimplicis proſequeris complacentiæ, ſed efficaci, conſtituit idipſum, probè gnarus, quod hac ratione animi noſtri formentur, & vindicentur ſuæ Divinitati. Ad hanc autem ut properemus metam, omninò neceſſum. Cum autem via, quæ eò fert non longa modo ſit, ſed & ardua, nec confragoſa ac aſpera tantum, ſed dubia etiam atque ambigua, eam ingreſſis profuturum dijudicaſti, ſi ſtatuam Mercurialem viderent erectam, quæ admoneret de ſcopulis evitandis. Ceterum ολοκαρδιως Temet

cum incluta, quam veneraris, & quam ego veneror, Familia valere jubeo, &, ut nomen, quod cum multis Eruditorum geris commune, nunquam non pensi habeas, sic non diffido, quid? felicioribus, quod DEUS faxit! avibus præsagio, fore, ut felicitatis Tuæ fastigium, ita precor, aliquando conscendas. Dabam è museo Rostochii IV. Eid. Decembris MDCCXXI.

ICh solte billig zwar zu deinem Ruhm / **Herr Biehl**/
Mehr / als der enge Raum vorjetzo fasset / schreiben/
Allein es frieret mir fast in der Hand mein Kiel /
Weil mirs an Feur gebricht / das sonst den Geist muß treiben/
Wenn man was Tüchtiges auff nette Art will tichten/
Und dadurch eines Ruhm verehren nicht vernichten.
Ich seh / wie DU noch heut zu der Catheder gehst /
Zu zeigen / welch ein Schatz in Dir verborgen lieget /
Da als ein braver Held DU zu bewehren stehst /
Die Warheit / ob man gleich dargegen hefftig krieget /
Ich lobe deinen Muht / und preise dein Beginnen /
Herr Biehl / DU triffts das Ziel / ich kan nichts mehr ersinnen.

Mit diesen schlechten Zeilen hat dem Herrn Respondenten, seinem geehrten Freunde und Gönner gratuliren wollen

L. HAVER. Opp.

CHER AMI ta plume êt disserte,
Elle marqve la verité.
Tu as trouvé d' ou vient la perte,
Tu as bien peins l' oisivité.
Tu monte sur les Rangs, & ton savant ouvrage
Nous fait voir ta Capacité.

Qvoiqu' il y ait des Meduſes en Rage,
Qvi diſputent ta probité;
Mais le Ciel t' aidera, publiant ta memoire,
Et ton Erudition fera toujours ta Gloire.

B. H. STEINWEG.
Opoſant.

ICh ſchreibe jetzt nicht viel, mein Bruder/ da du geheſt,
Zu der Catheder hin, dis wünſch ich, daß Du stehest,
Wie auff dem Weißheits-Stuhl, alſo in Deinem Glücke,
Und daß ſich keines Wohl von Deiner Seite rücke.
Dein Gang ſey ſtets beglückt/ GOtt fordre Deinen Seegen/
So bleibſt Du unverrückt/ auff lauter Glückes-Wegen.

So schrieb und wünschte seinem geliebten Bruder

Johan. Chriſtoph. Biehl.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf